

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

## THEMA XII.

Deut. 32. v. 11.

Sicut aquila prouolans ad volandum pullos suos, &  
super eos volitans expendit alas suas: sic assumpst⁹ eum  
(Dominus) & portauit in humeris suis.

## DISPOSITIO.

Hæc verba deprompta sunt ex cantico Mosis, quod  
ante mortem recitauit, & proposuit, audiente vniuerso  
cœtu Israel, Deut. 31. v. 30. & 32. v. 44.

Fuitque illa vere cygnea cantio, in qua ostendit pri-  
mum, quanta beneficia Deus in ipsis contulerit, iam in-  
de a multis retro seculis. Inter hæc non minimum locum  
obtinet hoc, quod tam paternè ipsos ab omnibus hosti-  
bus, & aliis innumeris malis custodiuīt, tanquam pupil-  
lam oculi: ut legitur vers. 10.

Hoc beneficium illustrat similitudine sumpta ab aqui-  
la. Nos itaque primum rationem comparationis inuesti-  
gabimus: Deinde hæc omnia ad institutum nostrum ac-  
commodabimus, & quantum hinc doctrinæ & consola-  
tionis in vita & morte petere liceat, videbimus.

## I. Pars.

Aquila regina cæteratum avium est, & in sublimi vo-  
litat, oculos contra solis radios dirigens.

De qua autem inter multa alia, (quæ habet singularia)  
scribunt nonnulli hoc, quod cum prælenti loco Mosis  
conuenit.

1. Aquilæ pullos iam adultos prouocant ad volan-  
dum, & à nido ipsis abstrahunt, & ut sequantur ipsis a-  
uidius cibum subtrahunt, atque pigriores rostro feriunt:  
ut sic cogant eos ad excundum.

2. Quando aquila transferre vult suos pullos in alium  
locum excitat ipsis, & tam diu circa nidum volitat, do-  
nec omnes super humeros suos suscepserit.

3. Neq; tantum humeris imponit, ut alio transferat,  
sed

sed simul etiam ut sic defendat. Meruit enim ne sagittis  
lædantur à parte inferiori, cum à superiori parte, de celo  
scil. nihil sit meruendum. Sicque suum corpus aquila obi-  
cere prius vult telis, quam permettere, ut pulli lædantur.

Hac ratione Moses Israelitas pullis comparat. Deum  
vero aquilis. Et rationem comparationis ipse ostendit,  
cum his quæ diximus conuenientem.

Primum enim Israelitas prouocauit ad euolandum ex  
Ægypto. Cum enim Ægyptum alias iniuiti relicturi frui-  
sent (quia semper illa terra ipsis placuit pater Num. rr.  
versic. 5. & 14. versic. 4.) & terram promissam nunquam  
desideraturi, licet de illius possessione à Iosepho & æte-  
ris Patriarchis moniti. Gen. 48. v. 21 & 50 v. 14.) Deus il-  
lis cibum subtraxit post mortem Iosephi, hatibn: das  
gutier hohes gesellitter / & multis æruntis subiecit (tan-  
quam aquila rostro feriens pigriones) ut ex Ægypto libe-  
rari tandem desiderauerint.

Deinde ex Ægypto eductos in humerum quasi scum  
suscepit, deducendo illos per mare rubrum cum omnibus  
suis, nutritiendo in deserto, &c. Deu. 1. v. 21. Et tandem et-  
iam non tantum ab Ægyptiis, sed carceris omnibus regi-  
bus hostibusque plurimis in deserto & post, ita defendit,  
ut nemo potuerit ipsos lædere.

Et sicut aquila corpus obiicit telis, ne lædantur pulli,  
ita angelus Domini posuit se inter castra Israelis & Ægypti-  
os super mare rubrum. Exod. 14. ut sagittæ Ægyptio-  
rum non potuerint lædere.

### II. Pars.

Magna sane sunt illa beneficia collata in Israelitas, at  
si rem hanc paulo altius repetamus, certe non minora  
sunt, quæ Deus etiam in nos contulit, & quotidie omni-  
bus electis prestat.

I. Etenim si non ex Ægypti, sed Saræ hostis in-  
fensissimi potestare cepit Christianos suos: atque non  
tantum ex terrea fornaci Ægypti, Deut. 4. vers. 29 sed ex  
infer-

inferno redemit Hos 13. vers 14. Luc. 2. vers 71. Vide etiam Coloss 1 v. 13. & seqq.

2. Et sicut Iraelum suum tanquam in humeris gestauit: ita Christianos suos, tanquam oves humeris impositos, ad Ovile Ecclesiae deportat. Luc. 15. v. 5. Iniquitates etiam portauit Esa. 53. v. 11. Infirmitates nostras tolerat. Ibidem v. 4. Matth. 8. Psal. 103. v. 3.

Sed & in omni vita nostra, tanquam infantes in vlnis baiulat. Ego feci & feram, ad senectam & canos vsq; portabo. Esa. 46. v. 4. Esa. 40. v. 11. in sinu suo portabit agnos.

3. Vitam quoque suam filium Dei pro salute nostra reliquit. Esa. 53. v. 11. Ioh. 10. v. 15.

Atque sicut aquila, suum corpus obiecit telis Satanæ, ne is posset nos pullos lñdere. Hinc ipse Deus sanguine suo redemisse legitur Ecclesiam suam. Actor. 20. v. 28. Et sanguis filii ipsius nos mundauit. 1. Ioh. 1. v. 8.

4. Neque vero tantum in Chanaan illud temporale, sed in Hierosolymam coelestem, Hebr. 12. v. 22 Apoc. 3. v. 12. nos introducere vult: vbi non tantum mel & lac, sed lætitia & delectationes in dextera Dei vsq; in finem. Psal. 16. v. 11. Oculus non vidit. Esa. 6. 4. 1 Cor. 2. v. 9.

1. Docet hic locus gratitudinem, quam debemus Deo: ac idem vobis dicatur quod Deut. 32. vers 6. Illa consistit non in verbis tantum, sed in operibus pieratis.

2. Consolatur idem hic locus, omnes reuatos propter infirmitates suas, quod tanta patientia fert infirmitates nostras.

3. Solatium quoque multiplex hinc peti debet, quod liberatis nobis sanguine filii Dei, restat certa spes de possessione vitæ æternæ.

### F I N I S.

### THEMA XIII.

Gen. 39. v. 29.

Vt inam sapient & intelligenterent, ac nouissima sua prouiderent.

D I S P O-